



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

92. Batavorum criminaciones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1666. triusque securitati consulunt, maturius p^{ro}x^{imo} venere.

92. Verūm prævalente sic passim militiā Monasteriensi, mirabantur non pauci in Hollan-
diam, cur brumā hac, potius persistere in
campo posset hostis, qui cum millenis produ-
ret, præstaretque multa feliciter; quam co-
piæ Batavorum, quæ nuper hyemis asperita-
tem & pabuli defectum causatæ, relicta pro-
perè Bucholdiā, cum Gallis hybernorum ne-

Molestia cessitatem allegârint. Nunc de gestis harum
à suppe- nihil præter clades audiri, & onera, quibus
riis Gal- præsidarij & auxiliares in primis Galli civi-
tates gravent. Ea enim infessarum propè om-
nium lamenta esse. Et hæc quotidie à Mi-
nistris Brandenburgicis (qui quod parturi-
batur, fœderis accelerationem urgebant) ce-
majus incitamentum, opportunè exaggera-
bantur; quippè Wesaliam, Embricam, Re-
sam, Orsovium, Budericum, Urbes Civitatis,
Gallorum copiis ferè non oppletas, antē alios
premi; nec minùs dolere Octovirum suos ita
subditos, magnâ Principis jacturâ, extremam
ad inopiam redigi, quam externum, tamque
numerous militem, non sive Imperij offe-
sione, & contra ipsas pacti leges, in Civitatibus
sua hospitari.

93. Sub hæc verò, quod pleroru[m]que interficer-
Tota fo- Europæ Magnatum, ne flammescens jam
rè Euro- ignis latius serpcret, Cæsar, Hispani, Bran-
den-